Quelle: https://manuscripta.at/?ID=45
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



178

Kor. Omne gaudium existimate fr̄s
mei. cum tentationes varias incideri
tis. scientes quod probatio fidei uēr patientiam operatur: patientia autem opus perfectum habeat.
ut sitis perfecti et integri in nullo deficientes.
Si quis autem uestrum indiget sapientia. postulet
a deo qui dat omnibus affluenter et non improperat. et dabit ei. Postulet autem in fide. nihil
hesitans. Qui autem hesitat. similis est fluctui
maris qui a uento mouetur et circumferitur.
Non ergo estimet homo ille. quod accipiat aliquid a dño. Vir duplex animo. inconstans
est in omnibus uijs suis. Glorietur autem frater
humilis in exaltatione sua. diues autem in
humilitate sua. quia sicut flos feni transibit.
Exortus enim est sol cum ardore et arefecit
fenum. et flos eius decidit et decor uultus
eius deperiit. Ita et diues in itineribus suis
marcescet. Beatus uir qui suffert tentationem. quia cum probatus fuerit accipiet
coronam uite quam repromisit ds diligentibus se.